Ex Ms. Bibl. Zal. N° 257.



Literæ ad Cardinalem Josephi Sigismundi III. Regis Poloniæ



Sigismundus III. etc. Reverendissimo in Christo Patri domino etc. etc.

Reverendissime in Christo Pater amice charissime. Et nuncius delati ad Paternitatem vestram amplissimi in Ecclesia honoris gratissimus nobis accidit et tam prompta animi studiique significatio longe gratissima lætamur debita virtuti Paternitatis vestræ præmia attigisse sed non minus quoque reipublicæ Christianæ gratulamur quod quanto ampliore dignitatis gradu collocata eminebit tanto hujus virtutis fructus uberiores percepturam non dubitamus. A nobis sane quæcunque proficisci poterant propensissimæ voluntatis officia omnia libenter deferimus et pollicemur eumque honorem Pater. Vræ Deum Optimum quam maxime fortunare cupimus. Dato

Jasienski